UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# Missale Romanum nuper impressum cu[m] o[mn]ibus alijs missis

**Venetijs, 27. Okt. 1501**

Ordo serua[n]dus per sacerdote[m] in celebratione misse sine cantu [et] sine ministris s[ecundu]m ritu[m] sancte Romane ecclesie: per Re. pa. d[ominu]m Johannem Burckardu[m] Argentinen[sis]. Se. ap. ...

urn:nbn:de:hbz:466:1-70304

Visual Library

¶ Oꝛdo ſeruãdus per ſacerdotē in celebꝛatione miſſe ſine cantu ⁊ ſine miniſtris ſm ritũ ſancte Romane eccleſie: per Re. pa. dñm Johannem Burckardũ Argentineñ. Se. ap. ꝓthonotariũ Prepoſitũ eccleſie ſancti Floꝛentij Haſalaceñ. Argẽtineñ. dioceſ. Capelle Sanctiſſimi domini noſtri Pape Magiſtrũ cerimoniarũ: ꝓ inſtructione ſacerdotũ nouiter oꝛdinatoꝝ cõpilatus. Nõ rethoꝛico: ſed vulgari quodam dicẽdi ſermone: cõmunibus magis intelligibili.

SAcerdos miſſam celebꝛaturus ĩ pꝛimis matutinas ⁊ pꝛimas hoꝛas canonicas ad min⁹ dicat deuote. Et ſi in peccato moꝛtali ↄſtitutũ ſe cognouerit: ante omnia confiteat̃ alij ſacerdoti omnia peccata ſua: ab eo abſolutionẽ ⁊ penitentiã ꝓ cõmiſſis criminibus recipiat. Et in celebꝛatione miſſe nõ ſit ꝓlixus: aut tedioſus: neq̃ feſtinus: ſed moderatus ⁊ deuotus. Et ſi ſacerdos voluerit: poterit pro maioꝛi deuotiõe oꝛationẽ ſequentẽ genuflex⁹ añ altare: aut alio ↄueniẽti loco dicere. Oꝛo.

SUmme ſacerdos et vere põtifex: qui te obtuliſti deo patri hoſtiã viuã: puram ⁊ immaculatã in ara crucis ꝓ nobis miſeris peccatoꝛibus: Quiq̃ dediſti nobis carnẽ tuã ad mãducãdũ: ⁊ ſanguinẽ tuũ ad bibẽdum: ⁊ poſuiſti myſteriũ illud in virtute ſpũs ſancti dicens: Hoc quotienſcũq̃ feceritis: in mei memoriã facietis. Rogo te per ſanguinẽ tuũ ꝑcioſũ: magnũ ſalutis noſtre pꝛeciũ: rogo te per hanc miram ⁊ inenarrabilẽ charitatẽ: qua nos miſeros et indignos ſic amare dignatus es: vt lauares nos a peccatis nr̃is in ſanguine tuo: Doce me indignuꝫ ſeruũ tuũ quẽ inter cetera dona tua: etiã ad officiũ ſacerdotale vocare dignatus es: nullis meis meritis ſed ſola miſ̃icoꝛdie tue dignatione: Doce me

queſo per ſpiritum ſanctū tuum tm̄ tractare my-
ſterium ea reuerentia ⁊ honoꝛe: ea deuotione ⁊ ti-
moꝛe: quibus opoꝛtet ⁊ decet. Fac me queſo per
gratiam tuam ſemp̄ illud de tanto myſterio cre-
dere ⁊ intelligere: ſentire ⁊ firmiter tenere: dice-
re ⁊ cogitare quod tibi placet ⁊ expedit aīe mee.
Intret ſpiritus tuus bonus in coꝛ meum qui ſo-
net ibi ſine ſono: ⁊ ſine ſtrepitu verboꝛū loquatur
veritatem tantoꝛum myſterioꝛuꝫ: Pꝛofunda ſunt
quippe nimis: ⁊ ſacro tecta velamine. Pꝛopter
magnam clementiam tuam concede mihi miſ-
ſarum ſolemnia puro coꝛde ⁊ munda mente cele
bꝛare. Libera coꝛ meum ab immundis et nefan-
dis: vanis et noxijs cogitatiōibus. Muni me que
ſo beatoꝛum angeloꝛum pia ⁊ fida tutela: atqꝫ foꝛ-
tiſſima cuſtodia: vt hoſtes omnium bonoꝛum cō-
fuſi diſcedant per virtutem tanti myſterij: et per
manum ſancti angeli tui repelle a me ⁊ a cunctis
ſeruis tuis ſpurciſſimum ⁊ nefandiſſimum ſpiri-
tum foꝛnicatiōis: ſuperbie ⁊ cenodoxie: inuidie:
auaricie: blaſphemie ⁊ immundicie: dubietatis ⁊
diffidentie: vt tantum ſacrificiū cuꝫ omni purita-
te valeam tibi offerre. Confundantur qui me per
ſequuntur: pereant illi qui perdere cuncta bona
feſtinant. Rex virtutum deus: amatoꝛ caſtitatis ⁊
integritatis celeſti roꝛe benedictiōis tue: extingue
in coꝛpoꝛe meo totum fomitem ardentis libidi-
nis: vt maneat in me tenoꝛ totius caſtitatis ⁊ inte-
gritatis anime ⁊ coꝛpoꝛis. Moꝛtifica in membꝛis
meis carnis ſtimulos: omneſqꝫ libidinoſas com-
motiones: ⁊ da mihi veram et perpetuam caſtita-
tis ſanctimoniam cum ceteris donis tuis que tibi
placent in veritate: vt ſacrificiuꝫ laudis tue: caſto
coꝛpoꝛe ⁊ mundo coꝛde valeā tibi offerre. Quan-
ta enim coꝛdis contritione ⁊ lachꝛymaruꝫ fonte:
quāta reuerētia: timoꝛe ⁊ tremoꝛe: quāta coꝛpis ca

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſtitate ⁊ aīa puritate illud diuinū ⁊ celeſte ſacrifi-
ciū eſt celebrandū dn̄e: vbi caro tua in veritate ſu-
mit: ⁊ ſanguis tu⁹ in veritate bibit: vbi ima ſum-
mis iungunt: vbi adeſt ſanctoꝝ angeloꝝ pſentia:
vbi tu es ſacerdos ⁊ ſacrificiū mirabil'r ⁊ ineffabi
liter: Quis digne hoc celebrare pōt: niſi tu ops de
us offerentē feceris dignū? Scio vere dn̄e ⁊ ſcio:
ac idipm bonitati tue cōfiteor: q̄ nō ſum dignus
accedere ad tantū myſteriū ꝑpter nimia pctā mea
et infinitas negligētias meas: Sed ſcio ⁊ vaciter
credo: ⁊ ex toto corde ⁊ ore cōfiteor: q: tu me potes
facere dignū: qui ſolus potes facere mundū de im
mundo ꝯceptū ſemine: ⁊ de pctōrib⁹ iuſtos facis ⁊
ſanctos. Per hāc oipotentiā tuā te rogo concede
mihi pctōri hoc celeſte ſacrificiū celebrare cum ti
more ⁊ tremore: cum cordis puritate: ⁊ lachryma
rum fonte: cum leticia ſpirituali ⁊ celeſti gaudio.
Sentiat mens mea domine dulcedinē beatiſſime
preſentie tue: ⁊ excubias ſanctorum angelorū tuo
rum in circuitu meo. Ego enim memor veneran-
de paſſionis tue: accedo ad altare tuum licet pec-
cator: vt offeram tibi de tuis donis ſacrificiū quod
tu inſtituiſti: ⁊ offerri tue maieſtati precepiſti: in
commemorationē tuam pro ſalute noſtra. Suſci-
pe ergo illud queſo ſumme paſtor pro eccleſia tua
ſancta: pro populo tuo quem acquiſiuiſti ſangui-
ne tuo. Et quoniam me peccatorem inter te ⁊ eun
dem populum tuum medium eſſe voluiſti: licȝ in
me boni operis teſtimonium non agnoſcas: offici
um ſaltem diſpenſatiōis mihi credite nō recuſes:
ne per me indignū famulū tuum eorū ſalutis pe-
reat preciū: pro quibus victima factus ſalutarȝ es
dignatus eſſe redēptio. Profero ergo dn̄e ſi digne
ris propitius intueri tribulationes plebiū: pericu
la populorum: captiuorum gemitus: miſerias or-
phanorum: neceſſitates peregrinoruȝ: inopiā de-

biliū:deſperatiōes lāguētiū:defectus ſenum:ſuſpi
ria iuuenū:vota virginū:lamēta viduarū. Tu eni
misereris omniū dn̄e: ⁊ nihil odiſti eoꝝ q̄ feciſti.
Memoꝛare q̄ ſit nr̄a ſubſtātia dn̄e:qꝛ tu pater no/
ſter es:tu deus nr̄ es:ne iraſcaris:neq3 multitudi/
nem viſcerū tuoꝝ miſcōie tue ſup nos ꝯtineas:nō
in iuſtificatiōibus ꝓſternimus p̄ces ante faciē tuā
ſed in miſeratiōibꝰ tuis multis. Aufer a nobis ini
quitates nr̄as:⁊ ignē ſancti ſpūs in nobis clemen/
ter accēde. Aufer a nobis coꝛ lapideū de carne no
ſtra:⁊ da nobis coꝛ carneū:qđ te timeat:te amet:te
diligat:in te delecteꝛ:te ꝑfruaꝛ:te ſequaꝛ. Oramꝰ
dn̄e clemētiā tuā:vt ſereno vultu familiā tuā ſacri
tui nōis officia p̄ſtolantem aſpicere digneris:⁊ vt
nullius ſit irritū votū: nullius vacua poſtulatio:
tu nobis p̄ces ſuggere:quas ipſe audire ꝓpitiꝰ et
exaudire delecteris. Rogamꝰ te etiā p̄r ſcē: ⁊ pro
oīm fideliū aiabus defunctoꝝ:vt ſit illis ſalus:ſa/
nitas:gaudiū:refrigeriū:hoc magnū puritatis ſa
cramētū:deus meus:ſit illis hodie magnū ⁊ ple/
num cōuiuiū de te pane viuo q de celo deſcēdiſti:
et das vitā mūdo de carne tua ſctā ⁊ bn̄dicta:agni
videlic3 q tollit pctā mūdi:que de ſcō ⁊ glīoſo vte
ro btē virginis Marie eſt aſſumpta:de ſpū ſancto
ꝯcepta:de illo p̄cioſo ſanguine tuo:q pietatis fon
te per lanceā militis ex tuo ſctiſſimo latere felicit
emanauit:vt inde ſanati:refrigerati:refecti ⁊ ꝯſo
lati:exultēt in laude ⁊ glīa tua. Peto clemētiā tuā
pijſſime redēptoꝛ:vt deſcēdat ſup hūc panē ⁊ cali
cem plenitudo diuinitatis tue. Deſcēdat etiā dn̄e
illa ſancti ſpūs tui inuiſibilis ⁊ incōpꝛehenſibilis
maieſtas: ſicut quōdā in patrū hoſtijs deſcēdebat
que ⁊ oblatiōes nr̄as coꝛpus ⁊ ſanguinē tuū effici
at:⁊ me indignū ſacerdotē tuū doceat tm̄ tractare
myſteriū cū coꝛdis puritate ⁊ lachꝛymarū fonte:
cū reuerētia ⁊ tremoꝛe:ita vt placide ⁊ benigne ſu

ſcipias ſacrificiū laudis de manib⁹ meis: ad ſalu/
tē oim: tā viuoꝝ q̄ȝ fideliū defūctoꝝ. Rogo te dn̄e
per ip̄m ſacroſanctū myſteriū corpis ⁊ ſanguinis
tui: quo q̄tidie in eccl'ia tua paſcimur ⁊ potamur
abluimur ⁊ ſctificamur: atq; vnius ſumme diuini
tatis participes efficimur: vt mihi cōcedas virtu/
tes tuas ſanctas: q̄bus repletus bona ꝯſcientia ad
altare tuū accedā: ita vt hec ſacramēta celeſtia effi
ciant̄ mihi ſalus ⁊ vita. Tu eni dixiſti ore tuo ſan/
cto ⁊ bn̄dicto: Panis quē ego dabo caro mea eſt:
pro mūdi vita. Qui mādúcat me viuet ꝓpter me:
ipſe manet in me ⁊ ego in eo. Ego ſum panis viu⁹
qui de celo deſcēdit. Si quis mādúcauerit ex hoc
pane: viuet in eternū. Panis dulciſſime: ſana pa/
latū cordis mei: vt ſentiā ſuauitatē amoris tui. Sa
na me dn̄e ab omni lāguore: vt nullā p̄ter te ſen/
tiam dulcedinē: nullū p̄ter te querā amorē: nul/
lam p̄ter te amem pulchritudinē: panis cādidiſſi/
me: habēs oē delectamētū: ⁊ oēm ſaporē ſuauitatꝭ
qui nos de te ſemp reficis: ⁊ in te nunq̄ȝ deficis: co
medat te cor meuȝ: ⁊ dulcedine ſaporis tui reple/
ant̄ viſcera aie mee: mādúcat te angel⁹ pleno ore:
mādúcat te p̄egrinus hō pro modulo ſuo: ne defi
cere poſſit in via: tali recreat⁹ viatico. Panis ſan/
cte: panis viue: panis pulcherrime: panis munde
qui deſcēdiſti de celo ⁊ das vitā mūdo: veni in cor
meū: ⁊ mūda me ab oi ingnamēto carnis ⁊ ſpūs.
Intra in aiam meā: ſana ⁊ ſctifica me interi⁹ ⁊ ex/
terius. Eſto tutamē ⁊ ꝯtinua ſalus: ⁊ ꝓtectio cor/
poris ⁊ anime mee: repelle a me inſidiantes mihi
hoſtes: recedāt procul a potētia p̄ſentie tue: vt tua
ꝓtectiōe foris ⁊ intus munitus: recto tramite ad
regnū tuū ꝑueniā: vbi nō myſterijs ſicut in hoc tē
pore agit̄: ſed facie ad faciem te videam. Amen.
Orone hmōi ſancti ambroſij cōpleta: ſacerdos la
uet manus dicēs: Lauabo inter innocētes manus

meas:⁊ circũdabo altare tuũ dñe:vt audiam vo/
cem laudis tue: ⁊ enarrẽ vniuerſa mirabilia tua:
amplius laua me dñe ab iniuſtitia mea:⁊ a pecca/
L Argire ſenſib⁹ Oratio. to meo munda me.
meis ops pater:vt ſicut hic exterius abluun
tur inquinamẽta manuũ mearũ:ſic a te mũdentur
interius pollutiones mentium:⁊ creſcat in me au
gmentum ſanctarum virtutum. Per dominum.

¶ Dum manus tergit dicat:

D a dñe virtutẽ manibus meis ad abſtergendã
omnẽ maculã immundã:vt ſine pollutione men/
tis ⁊ corporis valeam tibi ſeruire. Per ꝛc. Alia oro

E Xue me domine veterem hominem cuz acti
bus meis: ⁊ indue me nouum hominez qui
ſm deũ creatus eſt in iuſtitia ⁊ ſanctitate veritatis.

Poſtea paramentis ſacerdotalibus ſe induit di/
cens ad ſingula ſingulas oratiões ſequentes. An/
teq̃ꝫ paramẽta accipiat:in primis accipit amictũ:
quem deoſculatur ⁊ ponit ſupra caput:⁊ mox de/
clinat ad collum ⁊ circum circa veſtium collaria
tegit:ducit chordulã a ſiniſtro latere pendentem
ſub brachium dextruz:⁊ aliam a dextro latere pẽ
dentem ſub brachium ſiniſtrum per dorſum cir/
cumducens:ad ventrem reducit ⁊ ligat:Et dicat

P One domine galeam ſalutis in capite meo
ad expugnandas diabolicas fraudes. Per
ieſum chriſtum fil'. Tum alba induitur dicens:

D Ealba me domine:⁊ a delicto meo munda
me:vt cum his qui ſtolas ſuas dealbauerũt
in ſanguine agni:gaudijs perfruar ſempiternis.

¶ Deinde cingens ſe cingulo.et dicat:

P Recinge me domine cingulo fidei:⁊ virtu/
te caſtitatis lumbos meos:⁊ extingue in eis
humorem libidinis: vt iugiter maneat in eis te
nor totius caſtitatis. ¶ Tum accipiens manipu/
lum in brachio ſiniſtro ⁊ dicat orationem iſtam:

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

MEreat domine manipulum portare men
te flebili: vt cum exultatione cuz iuſtis por
tionem accipiam. ¶ Deinde ſtolam accipiens:
eam deoſculatur: ⁊ tranſuerſando ante pectus in
modum crucis ducit partẽ a ſiniſtro humero pen
dentem ad dexteram: et partem a dextro humero
pendentem ad ſiniſtram: ſicqȝ vtramqȝ partẽ ſto
le extremitatibus cinguli hinc exinde ipſi cingu
REdde mihi domine lo coniungit dicens:
obſecro ſtolam immortalitatis quam per
didi in preuaricatione primi parentis: ⁊ ꝗ̃zuis in
dignus accedere preſumo ad tuuz ſacrum myſte
rium cum hoc ornamento preſta: vt cum eodem
letari merear imperpetuum. ¶ Tum induitur ca
DOmine qui dixiſti: iugum meſſula dicens:
um ſuaue eſt ⁊ onus meum leue: preſta que
ſo: vt ſic illud portare valeam imperpetuuz: qua
tenus poſſim conſequi tuam gratiam. Supraſcri
pte orationes non ex precepto ſed ex deuotione di
cuntur: poterit etiam ſacerdos his orationibus
omiſſis dum ſe parat dicere pſalmum: Miſerere
mei deus. vſqȝ ad finem cum Gloria patri ⁊ filio
Sic omnibus paramentis indutus ſacerdos: ac
cedit ad altare explicat corpalia: ⁊ calicẽ iuxta il
la collocat cum patena. Tum ſtans ante infimum
gradũ altaris iunctis manibus detecto ⁊ inclina
to capite producens coram ſe a fronte ad pectus
ſignum crucis: dicit: In nomine patris ⁊ filij et
ſpiritus ſancti. Deinde iūgit manus ante pectus
dicens ℣. Introibo ad altare dei. ℟ Ad deum q
letificat iuuentutem meam. Pſalmus.
IUdica me deus ⁊ diſcerne cauſam meam:
de gente non ſcā ab hoīe iniquo ⁊ doloſo erue me.
Quia tu es deus fortitudo mea quare me repuli
ſti: ⁊ quare triſtis incedo dū affligit me inimicus.
Emitte lucem tuam ⁊ veritatem tuaz: ipſa me de

duxerūt ⁊ adduxerūt in mōtē ſanctū tuū ⁊ in tab-
nacula tua. E tintroibo ad altare dei: ad deuz q
letificat iuuentutē meā. C ōfitebor tibi in cytha-
ra deus deus meus: quare triſtis es aīa mea ⁊ qua
re cōturbas me. S pera in deo qm̄ adhuc confite-
bor illi: ſalutare vultus mei ⁊ deus meus. G loria
patri. S icut erat. ℣. I ntroibo ad altare dei. ℟.
Ad deū qui letificat iuuentutē meā. Tum ꝑducit
a fronte ad pectus ſignū crucis dicens ℣. A diu-
toriū noſtrū in noīe dn̄i. ℟. Qui fecit celū ⁊ terrā.

capite incli nato.

C Onfiteor deo oīpotēti: beate marie ſemp vir
gini: beato michaeli archāgelo: beato iohā
ni baptiſte: ſanctis apl'is petro ⁊ paulo: oibꝰ ſan-
ctis: ⁊ vobis fratres: quia peccaui nimis: cogitati
one: verbo ⁊ opere. Manu dextera ꝑcutit pectus
ſuū interim dicēs: mea culpa: mea culpa: mea ma
xima culpa. Ideo precor beatā mariā ſemp virgi
nem: beatū michaelē archangelū: beatū iohānez
baptiſtā: ſanctos apl'os petrū ⁊ paulū: oēs ſāctos
et vos fratres orare pro me ad dn̄m deum noſtrū.

M Miniſter ⁊ aſtantes genuflexi dicunt:
Iſereat tui oṗs deus: ⁊ dimiſſis oibꝰ pec-
catis tuis: ꝑducat te ad vitam eternam. ℟. Amē.
Subſequēter dicūt idē genuflexi: ſacerdote ſe eri
gente.
C Onfiteor deo omnipotēti: beate ma-
rie ſemp virgini: btō michaeli archangelo:
beato iohāni baptiſte: ſanctis apl'is petro ⁊ paulo
oibus ſāctis: ⁊ tibi pater: q; peccaui nimis: cogi-
tatiōe: verbo ⁊ opere: mea culpa: mea culpa: mea
maxima culpa. Ideo p̄cor beatā mariā ſemp vir-
ginē: beatū michaelē archangelū: beatū iohannē
baptiſtā: ſanctos apl'os petrū ⁊ paulū: oēs ſāctus:
et te pater orare pro me ad dn̄m deum noſtrum.

M Quibus dictis reſpondet ſacerdos:
Iſereat veſtri oṗs deus: ⁊ dimiſſis oibus
pctīs veſtris ꝑducat vos ad vitā eternā. ℟. Amē.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Tum ſacerdos producens ſignum crucis a fron-
Indulgé te ad pectus ſeipſum ſignat dicens
tiam abſolutionem ⁊ remiſſionem omnium
peccatorum noſtrorum tribuat nobis omnipotẽs
⁊ miſericors dominus. ℟ Amen. Deinde dicit ſa
cerdos ſtans capite inclinato. ℣ Deus tu conuer capite incli
ſus viuificabis nos. ℟ Et plebs tua letabitur in nato
te. ℣ Oſtende nobis domine miſericordiam tuã.
℟ Et ſalutare tuum da nobis. ℣ Domine exau-
di orationem meam. ℟ Et clamor meus ad te ve
niat. ℣ Dominus vobiſcum. ℟ Et cum ſpũ tuo
Aufer a nobis queſumus domine Oremus.
cunctas iniquitates noſtras vt ad ſancta ſã-
ctorum mereamur puris mentibus introire. Per
xp̃m dominum noſtrum. Deinde ſacerdos aſcen-
dit ad altare: coram eo ſtans capite inclinato ⁊ ma
Oramus te nibus iunctis ſub ſilentio dicit. capite incli
domine per merita ſanctorum tuorum quo- nato
rum reliquie hic ſunt: ⁊ omnium ſanctorum vt in
dulgere digneris omnia peccata mea. Deide oſ-
culat altare in medio ſubſequenter accedit ad cor
nu ſiniſtrum altaris videlicet. Epiſtole vbi ſtans
verſus ad altare producens ante ſe a fronte ad pe
ctus ſignum crucis iunctis manibus ſupra librũ
poſitis ex libro miſſali ibidem exiſtente dicit itroi
tum miſſe diei conuenientem cum ps̃. ⁊ Gloria pa
tri. Deinde repetit introitum miſſe. Si võ pro de
functis legit poſt ps̃: ſiue verſum obmiſſo Glo-
ria patri. Repetit introitum. Poſtea manibus
añ pectus iũctis accedit ad mediũ altaris vbi ſtãs
verſus ad illud manibus vt ſupra iunctis dicit.

| | | |
|---|---|---|
| Kyrieleiſon | Miniſter | Kyrieleiſon |
| Kyrieleiſon | Miniſter | Xpeleiſon |
| Xpeleiſon | Miniſter | Xpeleiſon |
| Kyrieleiſon | Miniſter | Kyrieleiſon. |

Kyrieleiſon. Sed ſi miniſter ſacerdoti nõ reſpõ-

deat ſacerdos ſolus omnia dicit. Tum ſacerdos in
eodem loco ſtans: manibus ante pectus extenſis:
digitis tamen nõ diſiunctis: dicit ſi ſit dicendum:

in medio altaris.

Gloria in excelſis deo. dicendo deo continuo
manus iungit ante pectus ⁊ caput deo icli-
nat. Quo ibidem per ipſum dicto iunctis mani-
bus vt prius in eodem loco ſtans dicit: Et in ter
ra pax hominibus bone voluntatis. Laudamus
te. Benedicimus te. Adoramus te. Glorificamus
te. Gratias agimus tibi quod dicendo caput deo
inclinat. ⁊ proſequitur propter magnam gloriam
tuam. Domine deus rex celeſtis deus pater omni-
potens. Domine fili vnigenite ieſu chriſte deo ca-
put inclinando. Spiritus ⁊ alme orphanorum pa
raclite. Domine deus agnus dei fili⁹ patris. Pri
mogenitus marie virginis matris. Qui tollis pec
cata mundi miſerere nobis. Qui tollis peccata
mundi: ſuſcipe deprecationem noſtram. quod di-
cens caput deo aliquantulum inclinat. Ad ma-
rie gloriam. Qui ſedes ad dexteram patris miſe-
rere nobis. Quoniam tu ſolus ſanctus. Mariam
ſanctificans. Tu ſolus dominus. Mariam guber
nans. Tu ſolus altiſſimus. Mariam coronans.
Ieſu chriſte: caput deo inclinās. Cum ſancto ſpi-
ritu: quod dicendo ſeipſum ſigno crucis a fronte
ad pectus ſignans: interim perficit in gloria dei
patris. Amen. Textus in rubro poſitus dicitur im
in minus beate marie virginis. Quo ibidem per
ipſm ſacerdotem completo vel illo omiſſo ſi nõ ſit
dicendum oſculetur altare in medio: ⁊ iunctis an
te pectus manibus ad dextram vertit ſe ad popu
lum ⁊ dicit: Dominus vobiſcum. quod dicendo
extendit ⁊ iungit manus ante pectus: digitis ta-
men non diſiunctis. Rn. Et cum ſpiritu tuo. Ta-
men iunctis manibus reuerſus per eandem viam
ad medium altaris: facta ibidem cruci reuerẽtia:

accedit ad librum vbi dicit: **Oremus.** quod dicē
do extendit ⁊ iungit manus ante pectus: ⁊ caput
deo inclinat. Tum extenſis manibus ante pectus
vt ſupra diximus: dicit orationē dici conuenientē
vſqꝫ ad **Per dominū.** vel aliam concluſionē: quā
dicēdo iungit manus ante pectus ⁊ dicēdo **Ieſum**
**chriſtum filium tuum** caput deo inclinat. ſicqꝫ te
net manus vſqꝫ ad finem orationis: ⁊ ſi plures ora-
tiones dicēde ſint: eadem in eis extenſione ⁊ iuncti-
one manuū ⁊ capitis inclinatione quod ſupra di-
ctum eſt obſeruatur: ſed ante primā tm̄ orationē
ex pluribus huiuſmodi dicitur **Oremus.** et ſub
ꝯcluſione vltime orationis oēs ꝯcludunt. Sciēdū
ꝙ Ro. eccleſia in feſtis duplicibus: vna tm̄ oratio
ne vtitur: niſi feſtū ipm̄ in dn̄ica venerit: de qua ſit
cōmemoratio facienda. ⁊ tunc oratiōe feſti ſub ſua
ꝯcluſione dicta: dicit alia de ipa dn̄ica. In domini
cis vō ⁊ alijs feſtiuis diebus cōiter tribus. Simili
ter ⁊ in diebus feriatis etiā in aduentu: ⁊ in .xl. in
quibus ⁊ ſi aliqn̄ .iiij. ⁊ rariſſime .v. orōnibus vti-
tur: quintā tn̄ nunqꝫ ꝯſueuit excedere. Et ſi de ſan
ctis orōnes hmōi ſint dicende: debet poſt primam
orationē in alijs ordo letaniarū obſeruari .ſ. de be
ata virgine: ſi de ea cōmemoratio veniat agēda ſit
prima: ſequat de aplis: deinde de martyribus: de
ꝯfeſſoribꝰ: de virginibꝰ: ⁊ ſic de alijs de qbus erit
agēdū: niſi eſſet intra aliquā octauā: qꝛ tūc orō de
octaua haberet primū locū poſt p̄mā orōnē. Et ſi
etiā de dn̄ica eſſet habēda cōmemoratio illa fieret
prima poſt primam orationem: deinde de octaua:
poſtea de alijs vt prefertur. Si vō orationes de pa
ce: contra paganos: pro papa: pro benefactoribꝰ:
pro ſeipſo: vel ſimiles ſacerdos ſit dicturus. qui-
bus oibus orōnes de ſanctis ſunt p̄ponende: vtat
diſcretōe in hmōi: p̄ponēdo ⁊ poſtponēdo orōnes
ꝑut magis cōueniat. Et ſi pro defunctis non cele

bret:ſed velit pro aliquo defūcto vel pluribus ora
re:ponit orōnem ipſam pro defunctis huiuſmodi
ante vltimam:ita ꝙ oratio pro defunctis non con-
cludat:ſed ſub vltima oratione concludatur. Fini
tis orationibus ſacerdos poſitis ſuper librum ma
nibus iunctis vel disiunctis prout ſibi magis pla-
cet dicit Epiſtolam ibidez Graduale ꝛ Alleluia
vel Tractum ſi ſit dicendus. Nam in miſſis ꝑ de-
functis ꝛ a dominica. lxx. incluſiue vſq3 ad vigiliā
paſche non dicitur Alleluia quo tempore ſi dicen
da ſit aliqua miſſa votiua vel alia in qua Tractus
non hēatur poterit poſt Graduale cū ſuo verſu lo-
co Tractus obmiſſo Alleluia dici ei⁹ verſus. in di
cendo autez Alleluia: hic modus ſeruatur añ ver
ſum bis Alleluia: dicitur: ꝛ poſt verſum ſemel re-
plicatur. Inter octauas vō paſche ꝛ pẽthecoſtes:
quo tempore Graduale non dicitur: ſed illius lo-
co ſcd̄m Alleluia: ꝑmo iungitur: ante verſum pri-
mi: bis Alleluia dicitur: ꝛ poſt verſum ſemel: ſimi-
liter: ꝛ poſt ſcd̄i verſum alleluia replicatur. Qui
bus dictis portat librum miſſalem ad cornu dex-
trum altaris videlicet Euangelij vbi cum ita po-
nit quod ipſe legens vertat faciem ad poſteri⁹ cor
nu altaris in parte predicta: ꝛ nō ad parietez ſiue
ad partem eius contra ſe directam. Deinde ſtans
in medio altaris verſus ad illud eleuatis ad deuz
oculis iunctis manibus ante pectus ſecrete dicit.

in medio altaris iūctis manibus

Munda cor meum ac labia mea omnipotēs
deus: qui labia Eſaie prophete calculo mū
daſti ignito: ita me tua grata miſeratione dignare
mundare: vt tuum ſanctum euangeliuz digne va
leam nunciare. Per chriſtuz dn̄m nr̄m. Tuz dicit
Iube donne benedicere. Et ſibipſi reſpondet
ꝛ benedicit dicens. Dn̄s ſit in corde meo
ꝛ in labijs meis vt digne ꝛ competenter annunci-
em euangelium ſuum. His dictis accedit ad dex-

trum cornu altaris: vz euangelij vbi ſtans iunctis manibus ante pectus verſus ad librum dicit ℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et cuz ſpiritu tuo. Deinde ſignando primo librum: poſtea ſeipſuz in frõte ore ꝛ pectore ſigno crucis dicat. Sequentia ſancti euangelij ſm̃. N. vel Initium ſancti euangelij ſm̃. N. ſi eſt dicendũ. ℟. Gloria tibi domine. Tũ iunctis iterum vt ſupra manibus proſequitur euãgelium vſqꝫ ad finez prout in ordinario. Quo cõpleto oſculatur euangelium per eum dictum. Tũ ſtans verſus ad altare eleuatis aliquantuluz ꝛ extenſis manibus in medio altaris dicit ſi eſt dicendum. Credo in vnum deum. quod dicendo iungit ibidem manus: ꝛ in eodem loco ſtans manibꝰ iunctis proſequitur vſqꝫ ad finem.

Patrem omnipotentem factorez celi ꝛ terre viſibiliũ omnium ꝛ inuiſibilium: Et in vnum dominum ieſum xp̃m caput deo inclinat filium dei vnigenitũ Et ex patre natum ante omnia ſecula: Deum de deo lumen de lumine deum veruz de deo vero: genitum non factum conſubſtantialem patri per quẽ omnia facta ſunt. Qui propter nos homines ꝛ propter noſtram ſalutem deſcendit de celis hic ſtando deuote dicens. Et incarnatus eſt de ſpiritu ſancto: Ex maria virgine hinc genuflectit coram altari dicens ꝛ homo factus eſt ſurgit ꝛ ſtans vt prius proſequitur. Crucifixus etiam pro nobis ſub pontio pilato paſſus ꝛ ſepultus eſt. Et reſurrexit tertia die ſm̃ ſcripturas. Et aſcendit in celuz ſedet ad dexteram patris. Et iterum venturus eſt cuz gloria iudicare viuos ꝛ mortuos: cuius regni non erit finis. Et in ſpũm ſanctum dominuz ꝛ viuificantem: qui ex patre filioqꝫ procedit. Qui cuz patre ꝛ filio ſimul adoratur ꝛ conglorificat. Qui locutus eſt per prophetas: Et vnam ſanctam catholicam ꝛ apoſtolicam eccleſiam: Confiteor vnũ

b aptiſma in remiſſionē peccatoꝝ. Et expecto re/
ſurrectionē mortuoꝝ. Et vitā vēturi ſeculi. Amē.

Et quum hec vltima verba profert: ꝑducit ſibi ſi/
gnū crucis a fronte ad pectus. Dicto ſymbolo: vel
ſi nō ſit dicendū illo omiſſo: oſculatur altare in me/
dio: ⁊ iunctis manib⁹ ante pectus: ibidē ad dexte/
ram vertit ſe ad populū ⁊ dicit **Domin⁹ vobiſcū.**
quod dicēdo extēdit ⁊ iungit manus ante pect⁹ ℟
**Et cū ſpiritu tuo.** iunctis manibus reuerſus per
eandē viam ad mediū altaris: facta reuerētia cru
ci: accedit ad librū vbi adhuc manibus vt ſupra
iunctis ſtans dicit **Oremus.** quod dicēdo ſimilr̄
extendit ⁊ iūgit manus ante pectus: ⁊ caput deo
inclinat. Tum iunctis manibus dicit offertorium
prout in ordinario. quo dicto recipit hoſtiam ex
hoſtiaria ponens eam ſupra patenam: ſi id a prin
cipio nō fecit: ⁊ ſtans in medio altaris verſus ad
illud accipit patenam cum hoſtia deſuper poſita.
illamq; aliquātulum ambabus manibus vſq; ad
faciem vel pectus eleuatum tenens: oculis ali/
quantulum ad deum eleuatis dicit:

in oblatiōe hoſtie.

Suſcipe ſancte pater oꝑs eterne deus hāc im
maculatā hoſtiā: quā ego indignus famul⁹
tuus offero tibi deo meo viuo ⁊ vero: pro innume/
rabilibus peccatis: ⁊ offenſionibus: ⁊ negligētijs
meis: ⁊ pro oībus circūſtātibus: ſed ⁊ ꝓ oībus fi/
delibus chriſtianis viuis atq; defunctis: vt mihi
et illis proficiat ad ſalutem in vitam eternam.

Facit ſignū crucis cū patena ſuꝑ corpalia ⁊ locum
in quo poſiturus eſt hoſtiā: quā deinde cū patena
ponit ſuper corpalia ad manū ſuā ſiniſtram: vel ſi
magis placet in medio corpaliū ante ſe: ⁊ patenā
ad manū dextrā: aliq̄ntulū ſubtus corpalia. Poſt
ea accipit calicē: quē purificatorio diligēter mun/
dat: ⁊ ampullā vini accipiēs: imponit vinū in ca/
licē ad ſufficientiā: nihil dicēs. Tum facit ſignum

crucis ſup̄ ampullā aque: quā accipit: et imponit
puſillum aque in calicem: ſecrete dicens:

Deus qui humane ſubſtantie dignitatē mi- rabiliter cōdidiſti: ⁊ mirabilius reformaſti: da nobis per huius aque ⁊ vini myſteriū eiꝰ diuinitatis eſſe cōſortes: q hūanitatis nr̄e fieri dignatus eſt particeps: ieſus chriſtus filius tuus dn̄s nr̄ qui tecū viuit et regnat in vnitate ſpūs ſancti deꝰ: Per omnia ſecula ſeculoꝝ. — *imponēdo aquā i cali.*

Impoſita aqua: et finita orone predicta: accipit ambabus manibꝰ calicem diſcoopertum videlicet cum ſiniſtra pedeꝫ: cum dextera autem nodum infra cuppā calicis: et ſtans in medio altaris illū de altari vſq̄ ad faciem vel pectus eleuatum tenet: ⁊ eleuans aliquantulum ad deum oculos dicit:

Offerimus tibi domine calicē ſalutaris: tuam deprecantes clementiā: vt in conſpectu diuine maieſtatis tue: pro noſtra ⁊ pro totius mundi ſalute: cum odore ſuauitatis aſcendat. — *in oblatiōe calicis.*

Signat cum calice ſuper corporalia ⁊ illum in medio iuxta hoſtiam: videlicet ad ſiniſtrā hoſtie: vel ſi magis placet: poſt hoſtiaꝫ collocat. ⁊ palla cooperit: ac iunctis manibus ſuper altare poſitis: capite inclinato dicit:

In ſpiritu humilitatis ⁊ in animo cōtrito ſuſcipiamur a te domine. ⁊ ſic fiat ſacrificiū noſtruꝫ in conſpectu tuo hodie: vt placeat tibi dn̄e deus. — *capite inclinato*

Eleuat ⁊ iungit manus ante faciem ſuaꝫ dicens.

Veni ſanctificator omnipotens eterne deus: et bene ✠ dic ſignando cōmuniter ſup̄ hoſtiam ⁊ calicem hoc ſacrificium tuo ſancto nomini preparatum. — *eleuatis et iūctis manibus.*

iunctis ante pectus manibus ad cornu Epiſtole accedit vbi ſtans miniſtro aquam fundente lauat manus dicens:

Lauabo inter innocentes manus meas: ⁊ circumdabo altare tuum domine. Vt audiam vocem laudis tue: et enarrem vniuerſa mirabilia tua. — *Cum lauat manus.*

Domine dilexi decorem domus tue: ⁊ locum ha/
bitationis glorie tue. Ne perdas cum impijs de⁹
animam meam: ⁊ cum viris ſanguinum vitã me
am. In quorum manibus iniquitates ſunt: dexte
ra eorum repleta eſt muneribus. Ego autem in
innocentia mea ingreſſus ſum: redime me ⁊ miſe.
rere mei. Pes enim meus ſtetit in directo: in eccle
ſijs benedicam te domine. Gloria patri ⁊ filio ⁊c.
lotis manibus ⁊ iunctis ante pectus: ad medium
altaris reuertitur: vbi ſtans eleuatis ad deum ocu
capite incli- lis: inclinato capite verſus ad illud dicit
nato Suſcipe ſancta trinitas hanc oblationẽ quã
tibi offerimus ob memoriam paſſionis: Reſurre/
ctionis: aſcenſionis domini noſtri ieſu chriſti: ⁊ in
honore beate Marie ſemper virginis: ⁊ beati Jo
annis baptiſte: ⁊ ſanctorum apoſtolorũ Petri ⁊
Pauli: ⁊ iſtorum ⁊ omnium ſanctorum: vt illis p
ficiat ad honorem: nobis autem ad ſalutem: ⁊ illi
pro nobis intercedere dignentur in celis quorum
memoriam facimus in terris. Per xp̄m dominũ
noſtrum. extenſis manibus hincinde ſuper altare
poſitis oſculatur altare in medio: tum iunctis ma
nibus ante pectus ad dexteram vertit ſe ad popu
ad populũ lum dicens. Orate fratres: vt meum ac veſtrum
verſus ſacrificiciũ acceptabile fiat apud deum omnipo/
tentem: quod dicendo extẽdit ⁊ iungit manus añ
pectus ⁊ continuo ad altare reuertitur perficien/
do circulum inceptum: miniſter vero ſibi reſpon/
det dicens. Suſcipiat dominus ſacrificiũ de ma/
nibus tuis: ad laudem ⁊ gloriam nominis ſui: ad
vtilitatem quoq; noſtram ⁊ totius eccleſie ſue ſan
cte quod ſi miniſter non reſponderit ſacerdos ipſe
dicit. Suſcipiat dominus ſacrificium de manib⁹
meis: ad laudem ⁊ gloriam nominis ſui: ad vtili/
tatem quoq; noſtram: ⁊ totius eccleſie ſue ſancte:
ſtans iunctis manibus ante librum dicit. ℣. Dñe

exaudi orationem meam. ℟ Et clamor meus ad
te veniat. Oremus. ſubiungit orationē ſecretam
diei conuenientē: quā dicit cum alijs opportunis:
extenſis manibus ante pectus vſqȝ ad Per dn̄m.
vel aliam concluſionē: quā dicēdo iungit ambas
manus ante pectus: ⁊ ad verba ieſum chriſtū fili-
um tuum: caput deo inclinat. ſicqȝ manib⁹ iunctis
continuat vſqȝ ad verba Per oia ſecula ſeculoꝝ.
excluſiue ſi vnica eſt ſecreta. Si vō plures ſecrete
ſint dicende: addit cōcluſioni prime etiā illa verba
Per oia ſecl'a ſeculoꝝ. deinde iterū dicit Orem⁹.
et ſubiungit oēs alias oratiōes ſecretas: prioribus
oꝛonibus ꝯueniētes. q̄ tot ⁊ ꝯueniētes ac eodem
ordine dici debēt ſecrete: ⁊ poſtcōiones quot: quo
ordine: ⁊ de quibus dicte ſunt ante Epl'am oratio
nes: peruento in cōcluſione vltime ſecrete ad v̄ba
Per oia ſecula ſeculoꝝ excluſiue: ſtans in medio
altaris: depoſitis ſuper illo hinc ⁊ inde manibus
extenſis: dicit in tono conuenienti Per oia ſecula
ſeculoꝝ. ℟ Amen. Dominus vobiſcum. ℟ Et
cum ſpiritu tuo. Eleuat ambas manus vſqȝ ad pe
ctus dicens: Surſum corda. ℟ Habemus ad do
minum. Gratias agamus dn̄o deo noſtro. dicen-
do noſtro iungit ambas manus ante pectus: et ca
put aliquantulū deo inclinat. ℟ Dignū ⁊ iuſtū ē
eleuatis ⁊ extenſis vt prius manibus pſequitur p-
fationē: Vere dignū ⁊ iuſtū eſt equum ⁊ ſalutare
Nos tibi ſemp ⁊ vbiqȝ gratias agere: dn̄e ſācte pa
ter omnipotēs eterne deus: per chriſtū dn̄m nr̄m:
quod dicendo iungit manus ante pectus: ⁊ aliqn
tulum caput deo inclinat. Tum extenſis vt prius
manibus: proſequit: Per quē maieſtatē tuā lau-
dant angeli: adorant dominatiōes: tremunt pote-
ſtates. Celi celorūqȝ virtutes: ac beata ſeraphin:
ſocia exultatione concelebrāt. Cum quibus ⁊ no-
ſtras voces: vt admitti iubeas depcamur ſupplici

confeſſione dicentes. iunctis manibus ante pectꝰ
voce mediocri dicit: Sanctus Sanctus San/
ctus dominus deus ſabaoth. Pleni ſunt celi ⁊ ter
ra gloria tua: oſanna in excelſis. manu dextra pro
ducendo crucem a fronte ad pectus ſeip̄m ſignat
dicens: Benedictus qui venit in nomine domini
oſanna in excelſis. manibus iunctis ſuper altare
poſitis: ſtans ante medium verſus ad illud: eleua
tis ad deum oculis: ⁊ ſine mora demiſſis: capite in
capite incli nato Te igitur clementiſſime clinato dicit:
pater per ieſum chriſtum filium tuum
dn̄m noſtruz ſupplices rogamus ac pe
timus oſculatur altare: erigit ſe: ⁊ ſtās
eleuatis ⁊ iunctis manibus dicit: vti accepta ha/
beas ⁊ benedicas dextera manu ter ſignat cōmu/
niter ſuper hoſtiam ⁊ calicem dicens: Hec do ✠
na: hec mu ✠ nera: hec ſancta ✠ ſacrificia illiba
ta extenſis manibus ante pectus proſequitur In
primis que tibi offerimus pro eccleſia tua ſancta
catholica: quam pacificare: cuſtodire: adunare et
regere digneris: toto orbe terrarū: vna cum famu/
lo tuo papa noſtro. N. exprimendo nomen pape.
et antiſtite noſtro. N. ſpecificando nomen patri/
arche: vel archiepiſcopi: vl' epiſcopi ordinarū ſui
et omnibus orthodoxis: atqꝫ catholice ⁊ apoſtoli
pro viuis ce fidei cultoribus. Memento domine famuloꝝ
famularumqꝫ tuarū ſtans in quiete manibꝰ iun
ctis: ⁊ vſqꝫ ad faciem vel pectus prout magis pla/
cet eleuatis: agit cōmemorationē viuorum chriſti
fidelium ad ſuam voluntatem: eorū tamen nomi/
na non exprimat: ſed ſolum in mente eorū memo/
riam habeat. poteſt tamen ſacerdos ſi pro pluribꝰ
orare intendit: ne circūſtantibus ſit moleſtus: an/
te miſſam in animo ſuo ꝑponere omnes illos tam
viuos q̄ꝫ defunctos pro quibus in ipſa miſſa vult
orare: ⁊ in hoc loco generaliter vnico contextu ip/

ſorum viuorum cōmemoratione͂ agere. qua facta: demiſſis ⁊ extēſis manibꝰ: vt priꝰ ꝯtinuat: ⁊ oīum circūſtātiū: quoꝝ tibi fides cognita ē: ⁊ nota deuotio: ꝓ quibꝰ tibi offerimꝰ: vel q̄ tibi offerūt hoc ſacrificiū laudis: ꝓ ſe ſuiſq; oībus ꝓ redēptiōe aīaꝝ ſuarum: ꝓ ſpe ſalutis ⁊ incolumitatis ſue: tibi reddunt vota ſua eterno deo viuo ⁊ vero. Infra actionem ſtans eodem modo dicit. extēſis manibus

Communicātes ⁊ memoriam venerantes: in primis glorioſe ſemperq; virginis Marie genitricis dei: et dn̄i noſtri ieſu chriſti: ſed ⁊ beatorum apoſtolorum ac martyrum tuoruꝫ Petri ⁊ Pauli: Andree: Jacobi: Johannis: Thome: Jacobi: Philippi: Bartholomei: Matthei: Simōis ⁊ Thadei: Lini: Cleti: Clementis: Sixti: Cornelij: Cipriani: Laurētij: Criſogoni: Johannis ⁊ Pauli: Coſme ⁊ Damiani: et omnium ſanctorum tuorum: quorum meritis precibuſq; concedas: vt in omnibus protectionis tue muniamur auxilio: Per eundē chriſtū dominum nr̄m. extendat manus verſus oblata dicens

Hanc igit̄ oblationē ſeruitutis nr̄e: ſed ⁊ cuncte familie tue q̄ſumus dn̄e vt placatus accipias: dieſq; nr̄os in tua pace diſponas: atq; ab eterna dānatiōe nos eripi: ⁊ in electoꝝ tuoꝝ iubeas grege numerari. Per chriſtū dn̄m nr̄m. iungit ambas manus ante pectus dicēs:

Quam oblationeꝫ tu deus in oībus q̄s manu dextra cōiter ſignat ſup hoſtiā ⁊ calicē dicēs: Bene ✠ dictam: Aſcri ✠ ptā: Ra ✠ tam: rationabilē acceptabilēq; facere digneris: vt nobis ſemel ſeparatim ſignat ſup hoſtiā tm̄ dicēs: Cor ✠ pus: deīde ſup calicē tm̄ dicēs ⁊ ſan ✠ guis eleuat ⁊ iūgit manꝰ an̄ pectꝰ ꝓſeq̄ns: fiat dilectiſſimi filij tui dn̄i nr̄i ieſu xp̄i. tergit aliq̄ntulū pollices ⁊ idices ſup corpa

Qui pridie q̄ᷓ pateret̄ accipit hoſtiā dextra ⁊ ambabꝰ manibꝰ illā tenēs: ſtās lia dicēs:

erectus ante medium altaris dicit: Accepit panē
in ſanctas ac venerabiles manus ſuas: eleuat ad
eleuatˀ ocu/ los — deum oculos dicens: Et eleuatis oculis in celum
ad te deū patrē ſuū omnipotētē: tibi gr̄as agēs: te/
net hoſtiā ſiniſtra manu: ⁊ dextra ſemel ſignat ſup
eam dicens: Bene ✠ dixit: fregit: dedit diſcipl̄is
ſuis dicens: Accipite ⁊ mā̄ducate ex hoc omnes.
Uerba hec conſecrationis diſtincte ⁊ reuerenter ꝑ
ferendā ſunt ſuper hoſtiam per ſacerdotem: cubi
tibus ſuper altare poſitis: inclinato capite ſtantē:
verba cōſe cratiōis — et hoſtiā pollicibus ⁊ indicibus tenentem Hoc eſt
enim corpus meum. His dictis ſacerdos hoſtiam
ambabus manibus ſuper altare tenens: genufle/
xus adorat. Tum ſe erigens: ipſam in altū eleuat
et populo oſtendit reuerenter adorandam: ⁊ mox
ipſam venerāter ſuper corpalia reponit vnde eam
leuauit. ⁊ indices nō diſiungit vſqꝫ poſt cōmunio/
nem: niſi quā̄do hoſtiā conſecratā tangere vel tra
ctare debet. Tum vſqꝫ in terram genuflexus hoſti
am veneratur. deinde diſcooperit calicem: ⁊ polli
ces ac indices ſuper illius labiū aliquantulū ter/
git: ⁊ ſtans erectus dicit: Simili modo poſtqꝫ ce/
natum eſt: ambabus manibus accipit calicem: vꝫ
cum ſiniſtra pedem: ⁊ cū dextra nodum infra cup
pam calicis: ⁊ illū aliquantulū eleuat: ⁊ ſine mora
reponit ſuper corporalia: interim proſequēs Acci
accipit: ele uat ⁊ repa rat calicem — piens ⁊ hunc preclarū calicem in ſanctas ac vene
rabiles manus ſuas: item tibi gratias agens: tenet
calicem manu ſiniſtra per nodum infra cuppam:
dextera v̄o ſignando ſuper eum dicit: Bene ✠ di
xit deditqꝫ diſcipulis ſuis dicens: accipite ⁊ bibite
ex eo omnes. Accipit ambabus manibus vt prius
calicē: videlicꝫ cum ſiniſtra pedem: cū dextera v̄o
nodum infra cuppam calicis: ⁊ cubitis ſuper alta
re poſitis: ſtā̄s inclinato capite ſup calicē diſtincte
et reuerenter verba conſecrationis ꝑfert dicens:

H Ic eſt enim calix ſanguinis mei noui ꝛ eter verba cõſecratiõis
ni teſtamẽti myſterium fidei: qui pro vobis
et pro multis effundetur in remiſſionẽ peccatoꝝ.
Reponit calicem ſuper corporalia dicens: Hoc genuflexus adorat
quotienſcunq; feceritis: in mei memoriã facietis.
et genuflexus: ſanguinem reuerenter adorat. tum
ſe erigens: eleuat calicem cum ſanguine: ꝛ popu-
lo oſtendit adorandum: ꝛ mox ipſum reuerenter
reponit ſuper corporalia in loco ſolito: ꝛ manu de
xtera palla ipſum cooperit: Tum genuflexus ſa-
cramentum veneratur; ſtans vt prius ante altare
extenſis manib⁹ ante pectus more conſueto: dicit:
V Nde ꝛ memores domĩe nos tui ſerui: ſed ꝛ
plebs tua ſancta: chriſti filij tui domini no-
ſtri: tam beate paſſionis: necnõ ꝛ ab inferis reſur-
rectionis: ſed ꝛ in celos glorioſe aſcenſionis offeri
mus preclare maieſtati tue: de tuis donis ac datis.
Manu dextera ſignat ter cõmuniter ſuper hoſtiã
et calicem dicens: hoſtiam ✠ puram ✠ hoſtiam
✠ ſanctam: hoſtiam ✠ immaculatam: ſuper ho-
ſtiam tm̃ ſignat dicens: Panem ✠ ſanctum vite
eterne ſuper calicem tm̃ ſignat dicẽs: Et calicem
✠ ſalutis perpetue proſequitur ſtans manibus
S Upra que ante pectus more ſolito extenſis.
propitio ac ſereno vultu reſpicere digne-
ris ꝛ accepta habere: ſicuti accepta habere digna
tus es munera pueri tui iuſti Abel: ꝛ ſacrificiũ pa
triarche noſtri abrahe: ꝛ quod tibi obtulit ſumm⁹
ſacerdos tuus melchiſedech ſanctum ſacrificium
immaculatam hoſtiã. Inclinat ſe ante mediuꝫ al
taris: ꝛ manibus iunctis ſuper illo poſitis dicit:
S Upplices te rogamus omnipotẽs deus: iu-
be hec perferri per manus ſancti angeli tui capite inclinato
in ſublime altare tuum in conſpectum diuine ma-
ieſtatis tue: vt quotquot ex hac altarꝫ ſepatis ma
nibus hincinde ſuper altare poſitis oſculat̃ alta-



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ꝓ defūctis

tare:erigit ſe:ꝛ iunctis manibus cōtinuat partici/
patiōe:ſacroſcm̄ filiū tui ſup hoſtiā tm̄ ſignat dicēs
Cor✠pus ſignat ſuper calicē tm̄ dicens ꝛ ſan
✠ guinem ſumpſerimus omni bene ✠ dictione
quod dicēdo ſeipm ſignat ꝛ cōtinuat celeſti et grā
repleamur:per eundem chriſtum dn̄m noſtrum.
MEmento etiam dn̄e famuloꝝ famularūqꝫ
tuarū ſtans iunctis manibus ante pectus
vel vſqꝫ ad faciē eleuatis ſicut magis ſibi placue/
rit:oculis ad ſacramentū in altari poſitū intētus:
agit cōmemorationē defunctoꝝ de quibus ſibi ma
gis videbit:eodē modo vt de cōmemoratiōe viuo
rum ſupra diximus:qua habita ſtans extenſis ma
nibus ante pectus vt prius continuat dicens: qui
nos preceſſerūt cū ſigno fidei:ꝛ dormiūt in ſomno
pacis:ipſis dn̄e ꝛ oībus in chriſto quieſcentibus
locum refrigerij lucis ꝛ pacis vt indulgeas depre
camur. Per eundē chriſtū dn̄m noſtrum. dextera
manu percutit pectus ſuū aliquantulū alti⁹ dicēs:
Nobis quoqꝫ pctōribus famulis tuis:de multitu
dine miſerationū tuarū ſperantibus partē aliquā
et ſocietatē donare digneris:cum tuis ſanctis apo
ſtolis ꝛ martyribus : cum Johanne: Stephano:
Mathia:Barnaba:Ignatio: Alexandro:Mar/
cellino:Petro : Felicitate : Perpetua : Agatha:
Lucia:Agnete:Cecilia:Anaſtaſia:ꝛ oībus ſanctis
tuis:intra quoꝝ nos cōſortiū nō eſtimator meriti:
ſed venie queſumus largitor admitte. Per chri/
ſtum dn̄m noſtrum . Tum iungit manus dicens:
Per quem hec omnia domie ſemper bona creas
manu dextra ter ſignat cōmuniter ſuper hoſtiā et
calicē dicens Sancti✠ficas:viui✠ficas:bene/
✠dicis ꝛ preſtas nobis: diſcooperit calicem ꝛ ge
nuflexus reuerentiā facit ſacramēto:tum ſe erigit
et reuerenter accipit hoſtiam manu dextra:ꝛ cum
ea ſuper calicem quem ſiniſtra manu tenet per nō

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

dum infra cuppā ſignat a labio in labium dicens
per ip ✠ ſum: ⁊ cum ✠ ipſo: ⁊ in ✠ ipſo: cū ip/
ſa hoſtia bis inter ſe ⁊ calicem a labio calicis inci
piens ſignat dicens: eſt tibi deo patri ✠ omnipo
tenti: in vnitate ✠ ſpiritus ſancti: omnis honor ⁊
gloria eleuat aliquantulū ambabus manibus ho
ſtiam ſimul ⁊ calicem: ⁊ ſine mora illam ac illum
reponit in locis ſolitis. pollices ⁊ indices ſuper la
bium calicis aliquantulū tergit: iungit: ⁊ calicem
palla cooperit: vſq; ad terram genuflectens ſacra
mentū veneratur: erigit ſe: ⁊ manibus more ſoli/
to extenſis: ſuper altare poſitis dicit: Per omnis
ſecula ſeculorum. ℟ Amen Tum eleuatis mani
bus extenſis ante pectus dicit: Oremus.

PReceptis ſalutaribus moniti: ⁊ diuina in/
ſtitutione formati audemus dicere iunctis
manibus ⁊ oculis ad ſacramentum in altari poſi
tum intentus: capite aliquantulum inclinato di/
cit: Pater noſter et extenſis manibus ſtans vt pri
us continuat qui es in celis: Sanctificetur no/
men tuum. Adueniat regnum tuum. Fiat volun/
tas tua ſicut in celo ⁊ in terra. Panem noſtrum
quotidianum da nobis hodie. Et dimitte nobis
debita noſtra ſicut et nos dimittimus debitoribus
noſtris. Et ne nos inducas in temptationem. re/
ſpondet miniſter Sed libera nos a malo. Sacer
dos dicit Amen. et manu dextera pollice ⁊ indi/
ce non diſiunctis accipit patenam de altari: et in/
ter indicem et medium digitos dicte manus te/
net ipſam ſuper altare erectam: ſiniſtram vero te/
net ante pectus more ſolito extenſam dicens:

LIbera nos queſumus domine ab omnibus accipit pa/
malis: preteritis: preſentibus et futuris: Et tenam
intercedente beata et glorioſa ſemper virgine
dei genitrice Maria: et beatis apoſtolis tuis Pe
tro et Paulo: atq; Andrea: et omnibus ſanctis:

ſeipſum cum patena ſignat producendo crucez a
fronte ad pectus: ac patenam ipſam oſculatur in
terim dicēs. Da ꝓpitius pacem in diebus nr̄is: vt
ope miſericordie tue adiuti: ⁊ a pctō ſimus ſemꝑ
liberi: ⁊ ab oī perturbatione ſecuri ſubmittit pate
nā hoſtie: ponit hoſtiā in ipſam patenā: diſcoope-
rit calicem: ⁊ genuflexus in terram ſacr̄m venera
tur: erigit ſe: accipit hoſtiā ambabus manibus: ⁊
eā ſuper ſanguinē in calice tenēs: cum reuerentia
frāgit per mediū. ⁊ mediā quā in dextra manu te
(frāgit ho-ſtiam) net: ponit in patena: interim dicēs Per eūdē dn̄z
ieſum xp̄m filiū tuū de alia media quā in ſiniſtra
manu tenet: accipit manu dextra ꝑticulaz quā in
ipſa dextra retinet: partē vͦo quā in ſiniſtra habz:
adiungit medie per ipm ſup patenā poſite interī
dicens Qui tecū viuit ⁊ regnat in vnitate ſpirit9
ſancti deus particulā quā retinuit in dxtera tenet
ſuper calicē cuius pedē manu ſiniſtra tenet intelli
gibili voce dicēs Per ōia ſecula ſculoꝝ. ℟ Amē.
cum ipſa particula ter ſignat a labio in labiuz ca-
licis dicens. Pax ✠ dn̄i: ſit ✠ ſemper vo ✠ biſ-
cum. ℟ Et cum ſpiritu tuo. particulaz quā dex
tra manu tenet imponit in ſanguinem dicēs. Fi-
at commixtio ⁊ conſecratio corporis: ⁊ ſangui-
nis domini noſtri ieſu xp̄i accipientibus nobis in
vitam eternam. Pollices ⁊ indices ſuper labiuz
calicis aliquantulum tergit: iungit: calicem pal-
la cooperit: ⁊ genuflectens ſacramentum venerat
ſurgit: ⁊ ſtans iunctis manibus ante pectus: capi-
te inclinato dicit. Agnus qui tollis peccata mū
(in fine cu-iuſlibet per-cutit pect9) di miſerere mobis. Agnus dei qui tollis peccata
mundi miſerere nobis. Agnus dei qui tollis pec
cata mundi dona nobis pacem. In fine cuiuſlibz
percutit dextera manu pectus ſuum. Si vͦo miſſa
pro defunctis celebratur: dicit: ⁊ in fine cuiuſlibet
ſeu vlli9 pectus non percutit. Agnus dei qui tol-

lis peccata mundi dona eis requiem. Agnus dei hic pectus
qui tollis peccata mundi dona eis requiē. Agn⁹ nō ꝑcutit
dei qui tollis peccata mundi dona eis requiē ſem
piternam. Inclinato ante medium altaris capite
⁊ manibus iunctis ſuper altare poſitis: dicit: niſi
pro defunctis celebret: quia tunc non dicit.
Domine ieſu chriſte qui dixiſti apoſtolis tu- capite incli
is: pacem meam do vobis: pacē relinquo vobis nato
ne reſpicias peccata mea: ſed fidē eccleſie tue: eāqȝ
ſm voluntatem tuā pacificare: cuſtodire: coadu-
nare: ⁊ regere digneris: qui viuis ⁊ regnas cum
deo patre in vnitate ſpiritus ſancti deus per om-
nia ſecula ſeculorum. oſculatur altare in medio:
⁊ inſtrumentum pacis per miniſtrum iuxta ipſuȝ
ad dexteram in cornu Epiſtole genuflexum ſibi
porrectum: prius dicens. Pax tecum ⁊ miniſter dat pacem
ſibi reſpondet Et cuȝ ſpiritu tuo. ſurgit miniſter
⁊ pacem: ibidem exiſtentibus porrigit oſculan-
dam: dignioribus primo: deinde alijs: vltimo mu-
lieribus: ſingulis dicens. Pax tecum ⁊ ei ſinguli
reſpondent Et cum ſpiritu tuo. Si vero celebrans
non ſit daturus paceȝ alijs: oſculatur altare nihil
dicens: tum: vel pace oſculata: ſtans in medio al-
taris: inclinatus vt prius: dicit ſequentes: niſi pro
defunctis celebretur: quia tunc obmiſſis omnib⁹
precedentibus poſt agnus dei poſitis dicit tantuȝ
Domine ieſu chri e fili ſequentes orationes
dei viui: qui ex voluntate patris cooperan- capite incli
te ſpiritu ſancto: per mortem tuam mundo viuifi nato
caſti: libera me per hoc ſacrum corpus: ⁊ ſangui-
nem tuum ab omnibus iniquitatibus meis: ⁊ vni
uerſis malis: ⁊ fac me tuis ſemper inherere man-
datis: ⁊ a te nunquam ſeparari permittas. Qui
cum eodem patre ⁊ ſpiritu ſancto viuis ⁊ regnas
deus in ſecula ſeculorum.
Perceptio corporis ⁊ ſanguinis tui domine

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ieſu chriſte: quam ego indignus ſumere preſumo
non mihi proueniat in iudicium ⁊ condemnatio
nem: ſed pro tua pietate proſit mihi ad tutamentū
mentis ⁊ corporis: ⁊ ad medelam percipiendam.
Qui viuis ⁊ regnas cum deo patre in vnitate ſpi
ritus ſancti deus. Per omnia ſecula ſecl'orū. His
dictis in terram genuflectens ſacramentum vene
ratur: tum ſe erigit: ⁊ ambabus manibus patenā
cum ſacramento de corpalibus recipiens: illaꝫ in
ter indicem ⁊ medium: digitos ſiniſtre manus te
net: ⁊ pollice ac indice dextre manus accipit d̄ pa
tena reuerenter ambas partes hoſtie ſuper illam
poſitas: quas ſupra patenam tenens dicit. Paneꝫ
celeſtem accipiam ⁊ nomē domini inuocabo. am
bas partes p̄dictas hoſtie accipit de dextra in pol
licē ⁊ idicē ſiniſtre manus: ⁊ tenet illas ſupra pate
nam. dextra vero manu percutit pectus ſuum ter
tio dicens. Domine non ſum dignus vt itres ſub
tectum meum: ſed tantum dic verbo ⁊ ſanabitur
anima mea. accipit ambas partes predictas ho/
ſtie ex ſiniſtra in pollicem ⁊ indicem dextre man⁹
⁊ cum illius ſupra patenam ſignat ſeipſuꝫ dicens.
Corpus domini noſtri ieſu chriſti cuſtodiat ani/
mam meam in vitam eternaꝫ. cubitibus ſupra al
tare poſitis ⁊ patena ſiniſtra manu ori ſuppoſita:
reuerenter ſumit ambos partes predictas: quib⁹
ſumptis deponit patenaꝫ ſuper corporalia: erigit
ſe ⁊ ambas manus ante faciem iungens aliquan/
tulum quieſcit. Deinde depoſitis manibus dicit.
Quid retribuam domino pro omnibus que re/
tribuit mihi. Diſcooperit calicem ac pollices ⁊ i/
dices ſuper labium ipſius aliquantuluꝫ tergit ac/
cipit patenam ⁊ eam diligenter cum pollice dex/
tre manus ſuper calicem extergit ne quid de ho/
ſtia ſuper ea remaneat: ⁊ pollicibus ac indicibus
iunctis: genuflexus: ſacramentum veneratur: ſur

git: ⁊ calicem ambabus manibus videlicet cuz ſi-
niſtra pedem: cum dextra vero nodum infra cup-
pam accipit dicens: Calicem ſalutaris accipiaz:
⁊ nomen domini inuocabo. Laudans inuocabo
dominū: ⁊ ab inimicis meis ſaluus ero. Sāguis
domini noſtri ieſu xpi cuſtodiat animam meā in
vitam eternam. reuerenter ſumit totum ſanguinē
cum particula in calice poſita: quibus ſumptꝪ di-
cit. Quod ore ſumpſimus domine pura mente
capiamus: ⁊ de mūere temporali fiat nobis reme-
dium ſempiternum. Alia oratio. Corpus tuum
domine quod ſumpſi ⁊ ſanguis quē potaui adhe-
reat viſceribus meis: ⁊ preſta: vt in me non rema-
neat ſcelerum macula: quem pura ⁊ ſancta reſe-
cernnt ſacramenta: Qui viuis ⁊ regnas cum deo
patre in vnitate ſpiritus ſancti deus. Per omnia
ſecula ſeculorum. Porrigens interim calicem
miniſtro qui infundit in eum vinum quo purifi-
cat ſe ſacerdos: tum eodem vinum infundente ſa-
cerdos abluit pollices ⁊ indices ſuper calicem ⁊
ablutionem huiuſmodi etiam ſumit: deinde exter-
git os ⁊ digitos ac calicem: plicat corporalia: ⁊ il-
la in medio altaris dimittit: interim liber miſſa-
lis per miniſtrum ad cornu Epiſtole reportatur:
vbi expeditis premiſſis ſtans ſacerdos verſus ad
altare manibus ſuper librum poſitis: legit exin-
de communionem: qua lecta vadit ad medium al-
taris: vbi illud oſculatur. Tum iunctis manibus
ante pectus: ibidem ad dextram manum reuertit
ſe ad populum ⁊ dicit. Dominus vobiſcum. ex-
tendendo ⁊ iungendo manus ante pectus digitis
tamen non diſiunctis. ℟ Et cuz ſpiritu tuo. iu-
ctis manibus per eandem viam ad medium alta-
ris reuerſus facta ibidez cruci reuerentia accedit
ad librum extendendo ⁊ iungendo manus ante
pectus ſtans ad altare verſus dicit:

Signat ſe cum calice.

porrigit calicem miniſtro ⁊ vinū infundit.

abluit digitos ſup calicē ⁊ ſumit ablutionez

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Oremus ꝛ caput deo inclinat: extenſis manibus
ante pectus ſtans vt ſupra diximus dicit poſt com
munionem miſſe conuenientem vſqꝫ ad Per do/
minum: ſeu aliam concluſionem quā dicendo iū/
git manus ante pectus: ꝛ caput deo inclinat ſicqꝫ
manus tenet vſqꝫ in finem poſtcōmunionis: qua
ibidem perfecta: ſi alie ſunt poſtcōmuniones di/
cende reſponſo. Amen. repetit Oremus. ꝛ ſubiū
git alias poſtcōmuniones prout de orationibus ꝛ
ſecretis ſupra diximus: quibus ibidem vſqꝫ ad fi/
oſculať al/tare in me/dio — nem dictis reuertitur ad medium altaris: ꝛ illud
iterum oſculatur: ac eodem modo vt prius ad po/
pulum verſus dicit. Dominus vobiſcum. ℟. Et
cum ſpiritu tuo. ꝛ adhuc ad populum verſus iū/
verſus po/pulum — ctis manibus ante pectus dicit. Ite miſſa ē: quo
dicto per eandem viam reuertitur ad medium al
taris: vel ſi miſſa ferialis ſit dicto poſt orationem.
Dominus vobiſcum. vertit ſe ad altare vbi ſtans
verſus illud iunctis manibus ante pectus loco.
verſus ad altare — Ite miſſa eſt. dicit Benedicamus domino: aut ſi
pro defunctis ſit celebratum: dicit eodem modo
verſus ad altare — ſtans vt proxime diximus. Requieſcant in pace.
cum ſtans ante medium altaris: capite inclinato:
ꝛ ambabus manibus iunctis ſuper altare poſitis
capite incli/nato — dicit. Placeat tibi ſancta trinitas obſequium ſer/
uitutis mee ꝛ preſta: vt ſacrificiū quod oculis tue
maieſtatis indignus obtuli tibi ſit acceptabile: mi
hiqꝫ ꝛ oībus p̄ qb⁹ illud obtuli ſit te miſerāte pro
pitiabile. Per xp̄m dominuꝫ noſtrum. oſculatur
altare: erigit ſe ꝛ adhuc ſtans verſus illud dicit.
Benedicat vos omp̄s deus iungit ambas manus
ante oculos vertit ſe ad dextram manum: ꝛ per gi
rum tertio populo benedicit: primo verſus cornu
epiſtole: ſecūdo in medio: tertio verſus cornu euā
gelij dicens Pa ✠ ter: ꝛ fi ✠ li⁹: ꝛ ſpi ✠ ritus ſā
ctus. Perfecto circulo ſtans ibidem verſus ad al

tare vel ſi pro defunctis miſſam dexerit obmiſſa
benedictione: quia poſt miſſam pro defunctis nõ
datur benedictio oſculato poſt Placeat viš. alta
ri ſtans iunctis manibus verſus ad cornu euange
lij dicit: Dominus vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu
tuo. ſignat altare ꝛ ſe in fronte ore ꝛ pectore dicẽs
Initium ſancti euangelij ſm̃ Johãnem. ℟. Glo
ria tibi domine. tum eodem modo ſtans pſequit.

IN principio erat verbum: ꝛ verbum erat a-
pud deum ꝛ deus erat verbum: hoc erat in
principio apud deum. Omnia per ipſuꝫ facta ſũt
ꝛ ſine ipſo factum eſt nihil: quod factum eſt in ipſo
vita erat: ꝛ vita erat lux hominum: ꝛ lux in tene-
bris lucet: ꝛ tenebre eam non comprehenderunt.
Fuit homo miſſus a deo cui nomen erat Johan-
nes: hic venit in teſtimonium: vt teſtimonium p-
hiberet de lumine vt omnes crederent per illum.
Non erat ille lux: ſed vt teſtimonium perhiberet
de lumine: Erat lux vera q̃ illuminat omneꝫ homi
nem venientem in hunc mundũ. In mundo erat
ꝛ mundus per ipſum factus eſt: ꝛ mundus eũ nõ
cognouit: In propria venit ꝛ ſui eum non recepe-
runt: Quotquot autem receperũt eum: dedit eis
poteſtatem filios dei fieri: his qui credunt in noie
eius. Qui non ex ſanguinibus: neqꝫ ex voluntate
carnis: neqꝫ ex voluntate viri: ſed ex deo nati ſũt:
tum genuflectit dicens. Et verbum caro factum
eſt ſurgit ꝛ ſtans vt prius perficit euangeliũ ꝛ ha
bitauit in nobis: ꝛ vidimus gloriam eius: gloriaꝫ
quaſi vnigeniti a patre: plenum gratie ꝛ veritatꝭ.
Finito euangelio redit ad ſacriſtiam vel aliũ lo-
cum conuenientem vbi ſacras veſtes deponit: ꝛ
poſt euangelium predictum dicit Añ. Triũ pue-
rorum cantemus hymnum: quem cantabant ſan-
cti in camino ignis benedicẽtes dominũ. pš
BEnedicite omnia opera domini dño: lauda-

iunctis ma
nibus añ
pectus

te ⁊ ſuperexaltate eum in ſecula. Benedicite an/
geli domini domino: benedicite celi domino. Be
nedicite aque omnes que ſuper celos ſunt domi/
no: benedicite omnes virtutes domini domino.
Benedicite ſol ⁊ luna domino: benedicite ſtelle
celi domino. Benedicite ymber ⁊ ros domino:
benedicite omnis ſpiritus dei domino. Benedi/
cite ignis ⁊ eſtus dño: benedicite frigꝰ ⁊ eſtas dño
Bñdicite rores ⁊ pruina dño: bñdicite gelu ⁊ fri/
gus dño. Benedicite glacies ⁊ niues domino: be
nedicite noctes ⁊ dies domino. Benedicite lux ⁊
tenebre domino: benedicite fulgura ⁊ nubes do/
mino. Benedicat terra dominum: laudet ⁊ ſup/
exaltet eum in ſecula. Benedicite montes ⁊ col/
les domino: benedicite vniuerſa germinantia in
terra domino. Benedicite fontes domino: bene/
dicite maria ⁊ flumina domino. Benedicite cete
⁊ omnia que mouentur in aquis domino: benedi/
cite omnes volucres celi domio. Benedicite om
nes beſtie ⁊ pecora domino: benedicite filij homi
num domino. Benedicat iſrael dominum: lau/
det ⁊ ſuperexaltet eum in ſecula. Benedicite ſa/
cerdotes domini domino: benedicite ſerui domi/
ni domino. Benedicite ſpiritus ⁊ anime iuſtorū
domino: benedicite ſancti ⁊ humiles corde domi
no. Benedicite Anania Azaria Miſael domino
laudate ⁊ ſuperexaltate eum in ſecula. Benedica
mus patrem ⁊ filium cum ſancto ſpiritu: laude/
mus ⁊ ſuperexaltemus eum in ſecula. Benedi/
ctus es domine in firmamento celi: laudabilis ⁊
glorioſus ⁊ ſuperexaltatus in ſecła. Pſalmꝰ
Laudate dominum in ſanctis eius: laudate
eum in firmamento virtutis eius. Laudate eum
in virtutibus eius: laudate eum ſm̄ multitudineȝ
magnitudinis eius. Laudate eum in ſono tube
laudate eum in pſalterio ⁊ cithara. Laudate euȝ

in timpano ⁊ choro: laudate eum in chordis ⁊ or-
gano. Laudate eum in cimbalis benesonantib⁹
laudate eum in cimbalis iubilationis: omnis ſpi
ritus laudet dominum. Gloria patri ⁊ filio ⁊ ſp.
⁊c. repetitur. Antiphona Trium puerorum can-
temus hymnum: quem cantabant ſancti in cami
no ignis benedicentes dominuz. ſtans detecto ca
pite dicit. Kyrieleiſon. Xpeleiſon. Kyrielei-
ſon. Pater noſter. quo ſecrete completo dicit. ℣.
Et ne nos inducas in temptationem. ℟. Sed li-
bera nos a malo. ℣. Confiteantur tibi domine
omnia opera tua. ℟. Et ſancti tui benedicant ti-
bi. ℣. Exultabunt ſancti in gloria. ℟. Letabun-
tur in cubilibus ſuis. ℣. Non nobis domine non
nobis. ℟. Sed nomini tuo da gloriam. ℣. Do-
mine exaudi orationem meam. ℟. Et clamor me
us ad te veniat. ℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et
cuz ſpiritu tuo. Oremus.

Deus qui tribus pueris mitigaſti flammas ignium: concede
propitius: vt nos famulos tuos non exuret flam-
ma viciorū.

Alia oratio

Actiones noſtras queſumus domine aſpirando preueni ⁊ ad
iuuando proſequere: vt cuncta noſtra operatio a
te ſemper incipiat: ⁊ per te cepta finiatur. Per
chriſtum dominum noſtrum. quibus dictis ⁊ ſa-
cris veſtibus depoſitis vadit in pace.